

MARTIAL. EPICRITIQUE LIB. II.

BIBL
DE
L'UNIVERSITÉ
M. S.

2535

M. V. MARTIALIS


EPIGRAMMATON LIB. II.

AB OMNI OBSCOENITATE.

PERPURGATVS.



AD LIBRVM SVAM.



P A R I S I S,

Apud Federicum Morellum, in vico Bellouaco,
ad urbanam Morum.

M. D. LX.



AD LIBRVM SVVM.

160. Epiphanius liberum fuit
magister et Eccl. Erosopodar
et nunc quis audiens prius
ologia i.e. i. hispanum
vante (vnde) omni ab eo fuit
cum libro 100 in verbis

Tercenaria quidem poteras epigrammata ferre,
Sed quis te ferret, perlegeretque liber?

At nunc succineti quæ sunt bona disce libelli.

Hoc primu est, breuior quod mihi charta perit: Deinde quod hac una peragit librarius hora,

Nec tantum pugis seruiet ille meis:
Tertiaries haec est, quod si cui forte legeris,
Sis licet usque malus, non odiosus eris.

Sis licet usque malus, non odiosus eris.

Te coniuia leget misto quincunce, sed ante

*Incipiat positus quam tenuisse calix
Esse tibi tanta cautus breuitate uideris.*

P A R A
Esse tibi tanta cautus brevitate uideris:
Huius mihi, quam multis sic quoque longus eris.

ze verfijnderd Indigo dat de groote en wonderbare vol de laderen en moedigheden

Gallini
Commodo aliquod ordinis habelli
Cromat Climachus undem
grammaticas dicas probat
magnum ab uno esse magnus
Caelum. Ergo hoc hoc
credo. et non solum credibile
est sed etiam certissimum hoc
videtur ad omnia quae
explicabiles qui ut explicant
sunt lacrimis vocum
sacringunt.

~~deinde~~
Tunc quod mihi

Sir 3rd March 1613
Wadham College
Oxford University
England
Sir John Dering
of Sturton
Sturton est priores
paroisse charta

Miso quinando

A Vlrum est commendum
ut quod quo libro praeponitur
liberis breviori temporis
sumo tempore breviter librum
descripsi. Lactum quo
liberis breviter descripsi
liberis breviter descripsi
ad quod illas describant
ad fratio continet.

quinque acto et quatuor quinq^uta vniuersitate que dicitur Antiochae quia pro
tempore radice comitum. Ad hanc inde etiam communis in hunc est frigidae aperte
et quisque hinc habens hunc etiam dicitur etiam in hunc vnde calida
est aperte frigida et hinc etiam deinde vnde dicitur etiam in hunc vnde calida
frigida est manifestum. Quoniam etiam vnde vnde dicitur etiam in hunc vnde calida

M. VAL. MARTIALIS EPIGRAM-
maton lib. II. ab omni obscenitate perpurgatus.

Ad Cæsarem Domitianum.

Reta dedit magnum, maius dedit Africa
nomen,
Scipio quod uictor, quodque Metellus

habet.

Nobilis domito tribuit Germania Rheno,

Et puer hoc dignus nomine, Cæsar, eras?

Frater I dumæos meruit cum patre triumphos:

Quæ datur ex Dacis lauræ, tota tua est.

Ad Sextum.

Sexte, nihil debes: nil debes, Sexte, fatemur.

Debet enim, si quis soluere, Sexte, potest.

In Amianum,

O quam blandus es, Amiane, matri!

Quam blanda est tibi mater Amiane!

Fratrem te uocat, & soror uocatur.

Cur uos nomina nequiora tangunt?

Quare non iuuat, hoc quod estis, esse?

L usum creditis hoc, iocumque non est.

Mater, quæ cupit esse se sororem,

Nec matrem iuuat esse, nec sororem.

Ad Decianum.

Ne ualeam, si non totis Deciane diebus,

Et tecum totis noctibus esse uelim.

Sed duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passum:

Quattuor hæc fiunt, cum redditurus eam.

A ij

MARTIAL, EPIG.

Sæpè domi non es: cùm sis quoque sæpè, negaris:

Vel tantum causis, uel tibi sæpè uacas.

Te tamen ut uideam, duo millia non piget ire:

Vt te non uideam, quattuor ire piget.

Ad Seuerum.

In nunc, edere me iube libellos,

Lectis uix tibi paginis duabus,

Spectas is xanthomor Seuere,

Et longas trahis oscitationes.

Hæc sunt, quæ relegente me solebas

Raptim scribere, sed Vitellianis.

Hæc sunt singula, quæ sinu ferebas

Per conuinia cuncta, per theatra.

Hæc sunt, aut meliora, si qua nescis.

Quid prodest mihi tam macer libellus,

Nullo crassior ut sit umbilico,

Si totus tibi triduo legatur?

Nusquam deliciae supiniores.

Lassus tam citò deficis uiator,

E t cùm currere debeas Bouillas,

Interiungere quæris ad Camœnas.

In nunc, edere me iube libellos.

In Attalum.

D eclamas bellè, causas agis, Attale, bellè, ingens et quæcant

Historias bellas, carmina bella facis.

Componis bellè mimos, epigrammata bellè.

Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus.

E t bellè cantas, & saltas, Attale, bellè.

Bellus es arte lyra, bellus es arte pilæ.

Nil

LIBER II.

Nil bene cùm facias, facis attamen omnia bellè.

V is dicam, qui sis? magnus es ardelio.

Ad Lectorem.

Si qua uidebuntur chartis tibi, lector, in istis

S iue obscura nimis, siue Latina parum,

N on meus est error: nocuit librarius illis,

D um properat uersus annumerare tibi.

Quòd si non illum, sed me peccasse putabis,

T unc ego te credam cordis habere nihil.

I sta tamen mala sunt: quasi nos manifesta negemus.

Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis.

De Nævia.

S cripsi: rescripsit nil Nævia. non dabit ergo?

S ed puto quod scripsi, legerit. ergo dabit.

In Posthumum.

B asia dimidio quòd das mihi, Posthume, labro,

L audio, licet demas hinc quoque dimidium.

V is dare maius adhuc, & inenarrabile munus?

Hoc tibi habe totum, Posthume, dimidium.

Ad Rufum de Selio.

Quòd fronte Selium nubila uides, Rufe,

Quòd ambulator porticum terit serus,

L ugubre quiddam quòd tacet piger uultus,

Quòd penè terram tangit indecens nasus,

Quòd dextra pectus pulsat, & comam uellit,

N on ille amici fata luget, aut fratriss:

V terque natus uiuit, & precor uiuat:

S alua est & uxor, sarcinæque seruique:

MARTIAL. EPIG.

Nihil colonus, uillicusque decoxit.

Mæroris igitur causa quæ est? domi cœnat.

In Posthumum.

Esse quid hoc dicam, quod olent tua basia myrrham,

Quodque tibi est nunquam non alienus odor?

Hoc mihi suspectū est, q[uod] oles bene, Posthume, semper.

Posthume non bene olet, qui bene semper olet.

Ad Sextum.

Et index petit, & petit patronus.

Soluas censeo, Sexte, creditor.

In Seliūm.

Nil intentatum Selius, nil linquit inausum,

Cenandum quoties iam uidet esse domi.

Currit ad Europen: & te Pauline, tuosque

Laudat Achilleos, sed sine fine pedes.

Si nihil Europe fecit, tum septa petuntur,

Si quid Phillyrides præstet, & Aesonides.

Hinc quoq[ue] deceptus Memphitica templa frequet;

A sidet & cathedris mæsta iuuencaturis.

Onde petit centum pendentia tecta columnis,

Illinc Pompej dona, nemusque duplex.

Nec Fortunati spernit, nec balnea Fausti,

Nec Grylli tenebras, Aeolianaque Lupi.

Nam thermis iterum cunctis, iterumque lauatur;

Omnia cum fecit, sed renuente Deo,

Lotus ad Europe tepidæ buxeta recurrit,

Si quis ibi serum carpat amicus iter.

Perte, perque tuam, uestor lascivæ, puellam,

Ad cœnam Selium tu, rogo, taure uoca.

In

L I B E R I I .

4

In Hermum .

Quòd nulli calicem tuum propinas ,
Humanè facis, Herme, non superbè.

In Zoilum .

Zoilus ægrotat: faciunt hanc stragula febrem :
Si fuerit sanus, coccina quid facient ?
Quid torus à Nilo, quid sindone tinctus oleni ?
Ostendit stultas quid nisi morbus opes ?
Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omneis .
Vis fieri sanus? stragula sume mea .

Ad Amianum .

Tonstrix Suburrae fauibus sedet primis ,
Cruenta pendent qua flagella tortorum :
Argique letum multus obsidet sutor .
Sed ista tonstrix, Amiane, non tondet .
Non tondet, inquam: quid, rogo, facit? radit .

In Maximum .

Capto tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, cœnam:
Tu captas alias. iam sumus ergo pares .
Manè salutatum uenio: tu diceris isse
Ante salutatum. iam sumus ergo pares .
Sum comes ipse tuus, tumidi'que anteambulo regis :
Tu comes alterius. iam sumus ergo pares .
Esse sat est seruum: iam nolo uicarius esse .
Qui rex est, regem, Maxime, non habeat .

In Zoilum .

Felicem fieri credis me, Zoile, cœna ,
Felicem cœnam, Zoile, dando tuam ?

Sub Zoili nomine qd' inde
egregiam videt. qd' Alcibiades
macta est. qd' Cibyra Lysimachus
relata p' fabrichas
dicitq' qd' qd' fuisse
v'nt' qd' a'nt' p'z
v'nt' qd' a'nt' p'z
p'z p'z p'z p'z

MARTIAL. EPIG.

Debet Aricino coniuia recumbere cliuo,
Quem tua felicem, Zoile, cena facit.

De Paulo.

Carmina Paulus emit, recitat sua carmina Paulus.
Nam quod emas, possis dicere iure tuum.

In Posthumum.

Basia das aliis: aliis das, Posthume, dextram.
Dicis, utrum manus, elige? malo manum.

De eodem.

Quid mihi uobiscum est, o Phœbe, nouemque sorores?
Ecce nocet uati Musa iocosa suo.

Dimido nobis dare Posthumus ante solebat
Basia, nunc labro cœpit utroque dare.

De eodem.

Non dicam, licet usque me rogetis,
Quis sit Posthumus in meo libello.

Non dicam, quid enim mihi necesse est,
Habere offendere basitaciones,

Quæ se tam bene vindicare possunt?

In Candidum.

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squalidus hærebo, pallidiorque reo.

Si iubeat patria damnatum exceedere terra,
Per freta, per scopulos exulis ibo comes.

Dat tibi diuitias, ecquid sunt ista duorum?
Das partem, multum est: Candide, das aliquid.

Mecum ergo miser es, Quod si Deus ore sereno
Annuerit: felix, Candide, solus eris.

Ad

L I B R E R I I . A I T R A M

nigra facit hi
Das nunquam: semper promittis, Galla, roganti.
Si semper fallis: iam rogo, Galla, nega.

Ad Gallam.
Quod querulum spirat, quod acerbum Nauia tusit,
Inque suos mittit spuma subinde sinus,
I am te rem factam, Bithynice, credis habere?
Erras, blanditur Nauia, non moritur.

De Celio.
Laudantem Celiū, cænæ cum retia tendit,
Accipe siue legas, siue patronus agas.
Effete, grauiter, cito nequiter, euge, beate
Hoc uolui: facta est iam tibi cæna, tacet

Ad Rufum.
Rufe uides illum subsellia prima tenentem,
Quius & hinc lucet sardonyca manus:
Quæque Tyrontoties epotauere lacerna,
Et toga non tactas uincere iussaniues:
Cuius olet toto pinguis coma Marceliano,
Et splendent uulso brachia trita pilo.
Non extrema sedet luna ligula planta:
Coccina non læsum cingit aluta pedem,
Et numerosa linunt stellantem splenia frontem.
Ignoras quis sit? splenia tolle, leges.

In Caium.

Mutua uiginti seftertia forte rogapam,
Quæ uel donanti non graue munus erant.
Quippe rogapatur fidusque, uetusque sodalis,
Et cuius laxas arca flagellat opes.

M A R T I A L E P I G.

I s mihi: diues eris si causas egeris, inquit.

Q uod peto da Cai: non peto consilium.

In Ponticum.

L is mihi cum Balbo est: tu Balbum offendere non uis,
Pontice cum Licino est: hic quoq; magnus homo est.
Vexat sèpè meum Patrobas confinis agellum:

Contra libertum Cæsar is ire times.

A bnegat & retinet nostrum Laronia seruum:

R espondes, orba est, diues, anus, uidua.

N on bene (crede mihi) seruo seruitur amico.

S it liber, dominus qui uolet esse meus.

Ad Phæbum.

C ûm sint crura tibi, simulent quæ cornua Luna,

I n Rhytio poteras, Phæbe, lauare pedes.

In Pannicum.

P ectere te nolim, sed nec turbare capillos.

S plendida sit nolo, sordida nolo cutis,

N ectibi mitrarum, nec sit tibi barba reorum.

N olo uirum nimium, Pannice, nolo parum.

N unc tibi crura pilis, & sunt tibi pectora setis

H orrida: sed mens est, Pannice, uulsa tibi.

In Cæcilianum.

Quicquid ponitur hinc, & inde uerris:

M ammas suminis, imbricemque porci,

C ommunemque duobus attagenam,

M ullum dimidium, lupumque totum,

M uremque latus, femurque pulli,

S tillantemque alica sua palumbum,

H ac cùm condita sunt madente mappa,

Tradun-

Traduntur puerο domum ferenda.

Nos accumbimus otiosa turbā.

Vallis si pudor est, repone cēnam.

Cras te, Cæciliane, non uocabo.

In Linum.

Quid mihi reddat ager, quæris, Line, Nomentanus.

Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

De muneribus Mæchæ.

Coccina famosæ donas, & ianthina Mæchæ.

V is dare, quæ meruit munera? mitte togam.

In Tongilium.

Vri Tongilius mglè dicitur hemitrixo,

Noi hominis mores: esurit, atque fuit.

Subdolat enduntur crassis modo retia turdis:

Hamus & in nullum mittitur, atque lupum.

Cecuba sacentur, quæque annus cōxit Opimi,

Condantur parco fusca Falerna vitro.

Omnes Tongilium medici iussere lauari.

Ostuli, febrem creditis esse: gula est.

In Maximinam.

Ride, si sapi, ô puella ride,

Pelignus puto, dixerat poëta,

Sed non dixerat omnibus pyellis.

Quanquid dixerit omnibus pyellis,

Non dixit tibi: tu puella non es.

Nam tres sunt tibi, Maximina, dentes,

Sed plane piceique buxeique.

Quare si speculo mihi que credis,

Debes non aliter timere risum,

MARTIAL. EPIG.

Quām uentum Spanijs, manūmque Priscus,
 Quām cretata timet Fabulla nimbum,
 Cerussata timet Sabella solem.
 Vultus induitū magis seueros,
 Quām coniux Priami, nurusque maior.
 Mimos ridiculi Philistionis,
 Et coniuxia ne quiora uita,
 Et quicquid lepida procacitate,
 Laxat perspicuo labella risu.
 Te mæstæ decet assidere matri,
 Lugentique uirum piumque fratrem,
 Et tantum tragicis uacare Musis.
 At tu, iudicium secuta nostrum,
 Plora (si sapis) o puella, plora.

In Candidum.

Candide, noua φίλων hæc sunt tua, Candide πάτερ,
 Quæ tu magniloquus nocte, dieque sonas.
 Te Lacedæmonio uelat toga lota Galeso,
 Vel quam seposito de grege Parma dedit:
 At mea, quæ passa est furiosi cornua tauri,
 Noluerit dici quam pila prima suam.
 Misit Agenoreas Cadmi tibi terra lacernas:
 Non uendes nummis coccina nostra tribus.
 Tu Libykos Indis suspendis dentibus orbes:
 Fulcitur testa fagina mensa mihi.
 Immodici tibi flaua tegunt chrysenda nulli:
 Concolor in nostra cammare lance rubes.
 Ex opibus tantis ueteris fidoque sodali
 Das nihil: & dicis, Candide, noua φίλων.

In

In Sextum.

E miseu puerum, togám ue pexam,
 Seu tres, ut puta, quattuór ue libras:
 Sextus protinus ille fænerator,
 Quem nostis ueterem meum sodalem,
 Ne quid fortè petam, timet, cauétque:
 Et secum, sed ut audiam, susurrat,
 Septem millia debeo Secundo,
 Phæbo quattuor, undecim Phileto:
 Et quadrans mihi nullus est in arca.
 O grande ingenium mei sodalis !
 Durum est, Sexte, negare, cùm rogeris:
 Quantò durius antequam rogeris ?

In Næuolum.

Florida per uarios ut pingitur hybla colores,
 Cùm breue Sicaniae uer populantur apes:
 Sic tua suppositis perlucent præla lacernis,
 Sic micat innumeris arcula synthesibus.
 Atque unam uestire tribum tua uellera possunt,
 Appula non uno quæ grege terra tulit.
 Tu spectas hyemem succincti lento amici :
 Pro scelus, & lateris frigora tuta times.
 Quantum erat infelix, pannis fraudare duobus,
 (Quod renuis) non te, Næuole, sed tineas ?

De Spatale.

N ouit loturos Dasius numerare, poposcit
 Mammosam Spatalen pro tribus : illa dedit.

In Maximum.

V is fieri liber? mentiris, Maxime, non vis.

MARTIAL. EPIG.

Sed fieri si vis, hac ratione potes.

Liber eris, cœnare foris si, Maxime, nolis,

Venientana tuam si domat una sitim:

Si ridere potes miseri chrysenda Cinnæ,

Contentus nostra si potes esse toga:

Si plebeia Venus gemino tibi uincitur asse,

Situa non rectus tecta subire potes.

Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas,

Liberior Partho uiuere rege potes.

Ad Sextum.

Vis te, Sexte, colo: uolebam amare.

Parendum est tibi: quod iubes, coleris.

Sed si te colo, Sexte, non amabo.

De uxore Galli.

Gentibus in Libycis uxor tua, Galle, male audit

Immodicæ fædo criminè anaritiæ.

Sed mera narrantur mendacia: non solet illa

Accipere omnino. quid solet ergo dare.

In fictum diuitem.

Hic, quem uidetis gressibus uagis lento,

A methystinatus media qui secat septa,

Quem non lacernis Publius meus vincit,

Non ipse Codrus alpha penulatorum:

Quem grex togatus sequitur, & capillatus,

Recensque sella, linteisque, lorisque:

Oppigneravit ad modò Claudij mensam,

Vix octo numis annulum, unde cœnaret.

In Zoilum.

Pexatus pulchrè, rides mea, Zoile, trita.

Sunt hæc trita quidem, Zoile, sed meas sunt.

De Cœnatione Micæ.

Mica uocor, quid sim, cernis? cœnatio parua.

Ex me Cæsareum prospicis ecce tholum.

Frangere toros, pete uina, rosas cape, tingere nardo:

Ipsæ iubet mortis te meminisse Deus.

In Melichum.

Sola tibi fuerant festertia, Meliche, centum,

Quæ tulit è sacra Leda redempta via.

Meliche, luxuria est, si tanti diues amares.

Non amo, iam dices. hæc magè luxuria est.

In Taurum.

Dum modò causidicum, dum te modò rhetora fingis,

Et non decernis, Taure, quid esse uelis,

Peleos, & Priami transit, uel Nestoris ætas:

Et fuerat serum iam tibi desinere.

Incipe, tres uno perierunt rhetores anno,

Si quid habes animi, si quid in arte uales,

Si schola damnatur, fora litibus omnia feruent,

Ipsæ potest fieri Martia Causidicus.

Eia age, rumpe moras: quo te expectabimus usque?

Dum quid sis, dubitas, iam potes esse nihil.

In Saleranum.

Cur tristior em cernimus Saleranum?

An causa leuis est? extuli, inquis, uxorem.

O grande fati crimen, ô grauem casum!

Illa, illa diues mortua est Secundilla,

Centena decies quæ tibi dedit dotis?

Nollem accidisset hoc tibi, Salerane.

MARTIAL. EPIG.

In Lalagen.

Vnus de toto peccauerat orbe comarum

Anulus, incerta non bene fixus acu.

Hoc facinus Lalage speculo quod uiderat, ulta est:

Et cecidit sectis icta Pleusa comis.

Desine iam, Lalage, tristeis ornare capillos,

Tangat e& insanum nulla puella caput.

Hoc salamandra notet, uel sœua nouacula nudet,

Vt digna speculo fiat imago tuo.

In Posthumum.

Occurris quocunque loco mihi, Posthume, clamas.

Protinus, & prima est hæc tua uox, Quid agis?

Hoc, si me decies una conueneris hora,

Dicis, habes puto tu, Posthume, nil quod agas.

Ad Olum.

Quod te nomine iam tuo saluto,

Quem regem & dominum prius uocabam,

Ne me dixeris esse contumacem.

Totis pileas sarcinis redemi.

Reges, & dominos habere debet,

Quis e non habet, atque concupiscit,

Quod reges dominique concupiscunt.

Seruum si potes, Ole, non habere.

Et regem potes, Ole, non habere.

In Clasicum.

In uitum cœnare foris te, Clasice, dicis:

Si non mentiris, Clasice, dispeream.

Ipsse quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire:

Cum cœnaret erat tristior ille domi.

Si

L I B E R I I .

S i tamen inuitus uadis, cur, Clasice, uadis?
Cogor, a i s ? uerum est. cogitur & Selius.
En rogat ad cœnam melior te, Clasice, rectam.
Grandia uerba ubi sunt? si uir es, ecce nega.

Ad Cæcilianum.

Candidius nihil est te, Cæciliane, notaui,
Si quando ex nostris disticha pauca legis:
Protinus aut Marfi recitas, aut scripta Catulli.
Hæc mihi das, tanquam deteriora legas,
Vt collata magis placeant mea. credimus illud:
Malo tamen recites, Cæciliane, tua.

In Saufellum.

Cinctum togatis post & ante Saufellum,
Quanta reduci Regulus solet turba,
Ad alta tonsum templa cum reum misit,
Materne cernis, inuidere nolito.
Comitatus iste sit, precor, tuus nunquam.
Hos illi amicos, & greges togatorum
Fusciculenus præstat, & Fauentinus.

De Leone.

Verbera securi solitus leo ferre magistri,
Insertamque pati blandus in ora manum,
Dedidicit pacem, subito feritate reuersa,
Quanta nec in Libycis debuit esse iugis.
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam rastris quæ renouabat humum,
Saevus & infelix furiali dente peremit.
Martia non uidit maius arena nefas.
Exclamare libet: Crudelis, perfide, prædo,

M A R T I A L . E P I G .

A nostra pueris parcere disce lupa.

De Mario.

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit.

Cui nihil ipse dabas, is tibi uerba dedit.

In Cosconium.

Cosconi, qui longa putas epigrammata nostra,

Vtilis ungendis axibus esse potes.

Hactu credideris longum ratione Colossum,

Et puerum Bruti dixeris esse breuem.

Disce, quod ignoras, Marsi, doctique Pedonis,

Sæpè duplex unum pagina tractat opus.

Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis.

Sed tu, Cosconi, disticha longa facis.

A d Cæcilianum.

Aestiuo serues ubi piscem tempore, queris?

In thermis serua, Cæciliane tuis.

In Nasicam.

Inuitas tunc me, cùm scis, Nasica, uocatum.

Excusatum habeas me, rogo: cæno domi.

De Fannio.

Hostem cùm fugeret, se Fannius ipse peremit.

Hic, rogo, num furor est, ne moriare, mori?

In Zoilum.

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit,

Cùm tamen hæc tua sit, Zoile sandapila.

Ad Ponticum.

Ab scissa seruum fugias quid Pontice lingua?

Nescis tu populum, quod tacet ille, loqui.

De prepostoris donis.

Vimine

L I B E R I I .

V imine clausa leui niueæ custodia coctæ,
Hoc tibi Saturni tempore munus erit.
D ona quòd æstatis misi tibi mense Decembri
Si quereris, rasam tu mihi mitte togam.

Ad Clæticum.

Quòd nec carmine gloriorsupino,
Nec retro lego Sotaden cinædum,
Nusquam Græcula quod recantat Echo,
Nec dictat mihi luculentus Atthis
Mollem debilitate Galliambon:
Non sum, Clætice, tam malus poëta.
Quid si per graciles uias Petauri
In uitum iubeas subire Ladam?
Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina circulis Palæmon,
Meraris iuuat auribus placere.

In Phæbum.

Dicis, amore tui bellas ardere puellas,
Qui faciem sub aqua Phæbe natantis habes?

In Mamercum.

Nil recitas, & uis, Mamerce, poëta uideri:
Quicquid uis esto, dummodo nil recites.

Ad Quintilianum.

Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ,
Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ:
Viuere quòd proprio pauper, nec inutilis annis,
Da ueniam: properat uiuere nemo satis.
Differat hoc, patrios optat qui uincere census,

C ij

A triaque immodecis arctat imaginibus.
Me focus, & nigros non indignantia fumos,
Tecta iuuant, & fons uiuus, & herba rudis.
Sit mihi uerna satur, sit non doctissima coniux,
Sit nox cum somno, sit sine lite dies.

Ad Cæsarem Domitianum.

Rerum certa salus, terrarum gloria Cæsar,

Sospite quo magnos credimus esse deos:
Si festinatis toties tibi lecta libellis

Detinuere oculos carmina nostra tuos:
Quod fortuna uetat fieri, permitte uideri,

Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc, si displicui, fuerint solatia nobis:

Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

Ad Vxorem.

Natorum mihi ius trium roganti

Musarum pretium dedit mearum
Solus qui poterat: ualebis uxor.

Non debet domini perire munus.

Ad Regulum.

Primus ubi est, inquis, cùm sit liber iste secundus?

Quid faciam, si plus ille pudoris habet?

Tu tamen hunc fieri si manis, Regule, primum,

Vnum de titulo tollere iota potes.

FINIS.

Et Melrianus. Rector Molinis.

